

Et scribatur Baiulo, quod rescribat per singulum omnes dictos debitores, et quantitatem debiti cuiuslibet, et quibus fecerit preceptum; et illos quibus non potuisset facere preceptum, quia non essent presentes; et si haberet aliquos denarios, eos mittat Venecias per cambium salvos in terra.

Quod dicti denarii ponantur in Procuratia, sicut dicitur ad Cameram Frumenti, cum omnibus conditionibus insertis in prima Parte. 91. 25. [Libro XVII, 64 t°].

## 244.

1363, Novembre 22.

*Mercanti naturalizzati nelle parti dell' Oriente.*

... Intendendo le Parti de Levante Romania Bassa et da lì in suso, cioè Cypri, Romania, la Tana, Candia, Alexandria et Armenia, et altri loci de le dette parti.

[Libro XXXI. c. 46].

## 245.

1369, Ottobre 11.

*Risposta del Doge alla Regina d' Armenia. Condoleanza, e promessa d' alleanza coi Genovesi per costringere il Sultano d'Egitto a pace. (Veggasi Parte I, pag. 62).*

Responsio facto Ambaxatori Domine Regine Armenie et sua recommandatione Capitaneo gal. unionis, quam Saracenos, etc. 37.

[Indice II, c. 1].

Capta. Quod respondeatur Ambaxatoribus Illustris Domine Regine Armenorum.

Quod antiquitus et continuatis temporibus habuimus singularem affectum ad conservationem Regni sui; unde de laboribus et periculis, quibus ipsum Regnum subjacet, ob persecutiones et guerras Sarracinorum, vehementer dolemus, et in eis que commodo possimus semper dispositi fuimus et sumus exhibere nostrum favorem.